

THEATRVM VERITATIS, ET IVSTITIAE

SIVE
DECISIVI DISCVRSVS

Ad veritatem editi in forensibus controuersijs, Canonicis, & Ciuilibus,
in quibus in Vrbe Aduocatus, pro vna partium scripsit,
vel consultus respondit

IO. BAPTISTA DE LVCA
VENVSINVS.

*Per materias scò titulos distincti iuxtà proximam indicem
post prefationem.*

LIBER DVODECIMVS

PAR. I.
DE BENEFIGIIS ECCLESIASTICIS IN GENERE.

PAR. II.
DE CANONICIS ET DIGNITATIBVS, CAPITVLO, ELECTIONE,
ET ACTIBVS CAPITVLARIBVS.

PAR. III.
DE PAROCHO, ET PAROCHIIS.




J. Clouet fecit

ROMAE,
Typis Hæredum Corbelletti. M.DC.LXXI.

SUPERIORUM PERMISSU.



SANCTISSIMO D. N.
CLEMENTI X.
PONT. OPT. MAX.



IOANNES BAPTISTA DE LVCA
FELICITATEM.



BENEFICIORVM libera, & absoluta dispositio, Pontificiæ potestatis est, distributio autem Clementiæ: Cum itaque, BEATISSIME PATER, vtraque in Te concurrat; Potestas quippè à Cælo attributa est, Clementia verò tecum nata; Hinc istud mei THEATRI VERITATIS, et IVSTITIÆ Volumen, in quo BENEFICIORVM tractatio habetur, sub tuo nomine, ac tutela, publicam lucem fortiri par est; Vt ita quoque aliquod præstem monumentum meæ deuotionis, qua penè ab initio forensis vitæ, mancipatus vixi erga eas virtutes, quas in tuis publicis muneribus sum expertus, maximam scilicet integritatem, ac iustitiæ rectissimam intentionem, raro exemplo iunctas, cum ineffabili propensione ad omnibus promptè benefaciendum, adeout, quot sunt res, quas cogitas, dicis, vel agis, tot iure merito dici valeant Beneficia.

DE BENEFICIIS DISCVRSVS PRIMVS.

ROMANA seu PATAVINA INDVLTORVM,

S E V
I V R I S C O N F E R E N D I
P R O
C A R D I N A L I B V S I N D V L T A R I I S ,
C V M
D A T A R I A .

Casus disputatus in Congregatione particulari non resolutus.

An Indulta Cardinalium conferendi beneficia reseruata, capiant Canonici, aliaque beneficia Cathedralium, & Collegiatarum, quarum collatio seclusis reseruationibus Apostolicis spectet ad Capitulum, vel alium inferiorem collatorem, non autem ad ipsum Ordinarium habentem indultum.

S V M M A R I V M .

- 1 **C** *Casus controuersus.*
- 2 *De auctoritate Ferrett. conf. 17. & num. 18.*
- 3 *De regula, quod indultum non capit Beneficia spectantia ad collationem inferiorem.*
- 4 *De eadem, ut indultarius non conferat Beneficia, qua alias conferre non posset.*
- 5 *Indultum non auget ius Episcopi, neque ei aliquid dat de nouo, sed solum preseruat quod habet, ac tollit obstaculum contrarium num. 37.*
- 6 *Referuntur verba indulti.*
- 7 *Quod ex iure habituati ad actum deducibili in casu negligentia, seu iure deuoluto indultum capiat etiam Beneficia, quorum collatio pertinet ad inferiorem.*
- 8 *De deuolutione ab inferiore ad Ordinarium.*
- 9 *De eadem materia deuolutionis, seu reassumptionis potestatis Ordinarij inferiore negligente.*
- 10 *De distinctione Pralatorum inferiorum, qui possunt acquirere omnimodum ius conferendi.*
- 11 *Quod inferior Pralatus habeat ius conferendi sub Episcopo tanquam eius Vicarius.*
- 12 *Verbum disponere, seu dispositio de Beneficijs comprehendit etiam casum deuolutionis.*
- 13 *Observantia est optima interpretis, eique deferendum est.*
- 14 *De absurdo si verba indulti traherentur ad casum deuolutionis in Metropolitano, & Patriarcha.*
- 15 *Quod obseruantia non addat aliud indulto.*
- 16 *Respondetur ad absurdum, de quo num. 14., & de ratione differentia.*
- 17 *De obseruantia, & conclusionem, de qua num. 15.*
- 18 *De conf. 17. Ferrett., de quo num. 2.*
- 19 *Quod Consulenti auctoritati deferendum non sit, praesertim exterorum in Curia Rom. in materia beneficii.*
- 20 *Respondetur Rota decisionibus, de quibus num. 3. & 4.*
- 21 *Archipresbyteri Basilicarum Urbis in hoc exaequandi non sunt Episcopis, & Ordinarijs.*